



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

5 vtrum liceat ei corporaliter suos subditos deserere.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)











nis proprius curae ecclesiae communis, & alius est finis proprius curae ecclesiae particularis ac per hoc aliud est incumbere curae communis ecclesiae, & aliud est incumbere in cura particularis ecclesiae. Et eadem ratione aliud est residere in cura particularis ecclesiae, & aliud est residere in cura communis ecclesiae. Et si rursus inuestitur, q. cardialis romanae ecclesiae de iure potest esse episcopus alicuius particularis ecclesiae, etiam remotissimae ab vrbe, ac per hoc excusatur a perpetua residentia in sua particulari ecclesia, ex hoc quod residet Romae, uacando curae uniuersalis ecclesiae, & respondetur dupliciter. Primo iuxta illorum opinionem, qui tenent cardinalem non episcopum posse non solum retinere episcopatum prius habitum, sed etiam posse eligi in episcopum, q. hoc non continet Cardinali ex hoc, quod perpetuo seruituti uniuersalis ecclesiae est addictus, sed ex hoc quod praesumitur, quia sic debet esse quod cardinales sint flores orbis electi ex uniuersa ecclesia ut uiri excellentissimi in uita & doctrina: ita ut merito ad uniuersalem ecclesiam non qualecumque seruitium, sed hoc maxime, scilicet, curam, sint assumpti. De talibus autem uiris rationaliter praesumitur, quod non minus bene patienter particulares ecclesias suas absentes, quam alii praesentes. Et ideo non ex hoc capite solo, hoc est, ex negotio uniuersalis ecclesiae, sed ex alio adiuncto capite postmodum tractando, scilicet conditione personae, excusatur cardinalis a residentia in suo episcopatu, etiam quo ad Deum. Vtrumque autem caput clauditur in hoc, quod dicitur cardinalis romanae ecclesiae, quia in umbro perpetuo curae uniuersalis ecclesiae, & praesumitur de iure vnus ex primis sapientibus orbis ad regendum ac pacendam ecclesiam Dei. Secundo, iuxta doctrinam iuris communis edita ab Innocentio Tertio extra de postula. capitulo Bonae memoriae. i. quod saluum assumitur, si licet quod cardinalis de iure potest esse episcopus cuiuscumque ecclesiae quantumcumque remote. quoniam, ut in dicta patet decretali, propter impossibilitatem residentis in utraque ecclesia romana, scilicet, & Raenennate, praeter gratia ualitas uniuersalis ecclesiae, ut cardinalis praesens sit Romae, & non admittitur postulatione ipsius ad archiepiscopatum ecclesiae Raenennatis. Et quia textus clarus est, & rationi innititur sanctae, ideo dicendum uidetur quod cardinalis, & episcopatus fiat de numero incompatibilium de iure, ut Panormitanus etiam ibidem sentit, quicquid sit de consuetudine, si tamen consuetudo, & non potius abusus appellanda est. Cum autem negotium ad bonum alterius particularis ecclesiae uel personae ordinatur, exigit absentiam episcopi, contingit licite, & illicite episcopum abesse. Nam cum quilibet particularis ecclesia se habeat ad aliam particularem tam ecclesiam, quam personam ut pars ad partem, eo quod sumus omnes unum corpus in Christo, singuli autem alter alterius membra, potest, & debet illam adiuuare. Dupliciter tamen unum membrum ordinatur ad bonum alterius tam in naturalibus, quam in politicis, scilicet absolute, uel in casu. Et absolute quidem quodlibet membrum saluo suo naturali flatu conferat alteri, sicut oculus uidet sibi & pedibus ac manibus: & similiter pedes ambulanti sibi & oculis, & sic de aliis. Et similiter quilibet ecclesia, ac persona in sua perfectione consistens & sibi, & cunctis proficit. Scripsum est enim in symbolo, sanctorum comunione. In casu autem necessitatis uidemus naturam membrorum quidem minus necessarium pro magis necessitate exponere, ut pedem pro capite, sed non e contra. Et rursus uidemus, quod pro maiori necessitate membri minus opportuni, natura abhorret aiquid detrimenti sustinere in membro magis nobili, & necessario, ut patet quando ne perdamus pedem, sustinemus laesorem aliqualem in capite, puta, cauterium. Quocirca cum officium episcopi praecipue circa spiritualia uersetur, & spirituale est magis necessarium ecclesiae quam temporale, non licite episcopus pro temporale negotio alterius personae, uel ecclesiae priuaret ecclesiam suam ipsi ipsi passu, ad quem personae suae praesentia tenetur. Sed e contra optime faceret, si in temporalibus damnum sustine-

A ret suae ecclesiae, ut alteri in spiritualibus subiret. Similiter, cum unum spirituale sit magis bonum necessarium, quam aliud, puta, negotium fidei, uel pacis, quam ministratio sacramentorum, & huiusmodi, laudabiliter episcopus pro negotio fidei, uel pacis in aliena moratur ecclesia. Et hac ratione episcopi licite sunt legati ad pacem inter reges christianos componendam. Si. n. cuiusquam, inquit Ambrusius, officium est pacem facere, sacerdotis maius officium est. Quod autem legati temporalia negotia, abfionis est. Scripsit est. n. Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus. Posset quoque tanta necessitas alteri ecclesiae, uel personae in minus bono spirituali aut temporali imminere, ut laudabiliter ecclesia eligeret sustinere aliquid detrimentum in seipsa pro subtractionem sui pastoris ad tempus, ut tantae alterius necessitati subueniret. Prudentiae autem humanae relinquitur pensanda quantitas alienae necessitatis, cum quantitate damni spiritualis, praecipue ecclesiae praecipue. Si. n. bona fide prudens propter aliquod pietatis opus ecclesiam suam ad tempus corporaliter deserit, etiam si minus recte iudicaret, non imputaretur ei ad culpam mortalem ab eo quod intueretur, quod cogitationes mortalium sunt timidae, & incertae prudentiae nostrae. Condicio autem personae excusans episcopum a personali residentia, est unica, quae si persona talis est ut melius, aut saltem aequae bene pacatur ecclesia a tali persona absente, quam paceretur ab alio praesente. Ob hanc rationem sunt sex episcopi vicini romanae ecclesiae, habentes Romae residentiam, quia sunt episcopatus cardinales. Ob hanc quoque rationem posset unus plures ecclesias habere deficientibus aliis idoneis, & excusaretur a iugis residentia in una. Ob hanc quoque rationem, secundum quorundam opinionem, ut dictum est, concedunt iura ut cardinalis romanae ecclesiae possit eligi in episcopum alicuius particularis ecclesiae. Et quia excusatio ex isto capite est per accidens, per accidentem penuriam pastorum bonorum, ideo non est mirum si per accidens in huiusmodi casu oportet, ut aliquem titulum episcopatum, aut uicarium supplere oportunos alicui, qui personale praesentiam in ecclesia exigit. Quod autem haec, & de personali residentia diximus, ita se habeant, ex ipso etiam iure scripto de clericis non residentibus satis patet: quia priuandi sunt non residentes ab aliquo ratione & rationabili causa. Ex regulis quoque Gregorij in pastoralibus, quas personalem exigere indutritiam ac probitatem patet constare quoque potest, & ex art. hoc huiusmodi patet hanc esse auctoris doctrinam, ubi nec persecutionis tempore concedit licentiam esse absentiam pastoris, nisi in casu. Quanto ergo magis ab aliquo persecutione illicita est & perniciosa absentia pastoris sine rationabili causa? Haec de secundo.

B ille tamquam mercenarius fugit, qui comodum temporale, uel et salutem corporalem spirituali salutem proximorum praeponeat. Vnde Gregorius dicit in Hom. \* Stare in periculo ouium non potest, qui in eo, quod ouibus praestet, non oues diligit, sed lucrum terrenum querit. & ideo opponere se contra periculum, trepidat, ne hoc quod diligit, amittat. Ille autem qui ad euitandum per-

C pastoris ad tempus, ut tantae alterius necessitati subueniret. Prudentiae autem humanae relinquitur pensanda quantitas alienae necessitatis, cum quantitate damni spiritualis, praecipue ecclesiae praecipue. Si. n. bona fide prudens propter aliquod pietatis opus ecclesiam suam ad tempus corporaliter deserit, etiam si minus recte iudicaret, non imputaretur ei ad culpam mortalem ab eo quod intueretur, quod cogitationes mortalium sunt timidae, & incertae prudentiae nostrae. Condicio autem personae excusans episcopum a personali residentia, est unica, quae si persona talis est ut melius, aut saltem aequae bene pacatur ecclesia a tali persona absente, quam paceretur ab alio praesente. Ob hanc rationem sunt sex episcopi vicini romanae ecclesiae, habentes Romae residentiam, quia sunt episcopatus cardinales. Ob hanc quoque rationem posset unus plures ecclesias habere deficientibus aliis idoneis, & excusaretur a iugis residentia in una. Ob hanc quoque rationem, secundum quorundam opinionem, ut dictum est, concedunt iura ut cardinalis romanae ecclesiae possit eligi in episcopum alicuius particularis ecclesiae. Et quia excusatio ex isto capite est per accidens, per accidentem penuriam pastorum bonorum, ideo non est mirum si per accidens in huiusmodi casu oportet, ut aliquem titulum episcopatum, aut uicarium supplere oportunos alicui, qui personale praesentiam in ecclesia exigit. Quod autem haec, & de personali residentia diximus, ita se habeant, ex ipso etiam iure scripto de clericis non residentibus satis patet: quia priuandi sunt non residentes ab aliquo ratione & rationabili causa. Ex regulis quoque Gregorij in pastoralibus, quas personalem exigere indutritiam ac probitatem patet constare quoque potest, & ex art. hoc huiusmodi patet hanc esse auctoris doctrinam, ubi nec persecutionis tempore concedit licentiam esse absentiam pastoris, nisi in casu. Quanto ergo magis ab aliquo persecutione illicita est & perniciosa absentia pastoris sine rationabili causa? Haec de secundo.

D Quo ad tertium, respondendo obiectionis dicitur ad primum, quod obligatio episcopi ad residentiam in sua ecclesia, est ex praecipio diuini iuris, ut monstratum est. Et ad primum obiectionem in oppositum dicitur, quod quia praecipitum hoc est affirmatiuum, ideo nihil illi obstat, quod in multis casibus contingit licite non residere. Ad secundum uero dicitur, quod nec illa comparatiua, scilicet sufficientius per alium quam per se episcopus regat, excusat ipsum a residentia: quia licet uerum sit quod sufficientius per alium quam per se episcopus regat, non tamen ex hoc habet, quod sufficienter regat. Quilibet autem malus rector sufficientius per alium bonum quam per se regit, & tamen stat quod nec ille alius sufficienter regat. Nec illa positiua, scilicet sufficienter per alium regit, excusat ipsum a residentia: quoniam licet per hoc sufficienter sit pro alio episcopatu ex parte ecclesiae, non tamen sufficienter ex parte episcopi: quia non solum tenetur ad gubernandum ecclesiam, sed tenetur ad personaliter patendum ecclesiam, ut monstratum est. In debitis autem personalibus non absoluitur debitor si per alium facit. Verbi gratia, sacerdos, si diuini officij faciat per aliquem deuotum ac sanctum clericum pro se dici, sufficienter satisfacit illis, pro quibus tenetur orare, sed non propterea excusatur a dicendo officij, quia est debitor personale & similiter accidit in proposito. Vnde cum dicitur, si residentia sub praecipio eaderet, hoc esset ex necessitate finis, qui est salus animarum, eodem modo, & de quod salus animarum necessitat pastoris sui ad personale debitor, hoc est, personale cura animarum. Et cum dicitur, Salus animarum potest.

E Secunda Secunda S. Thomae. L.L.L. 3. procu-

7. q. 1. c. Sci- ficitatis.

Homi. 14. in euang. circa med.



procurati absque personali episcopi cura . ergo non necesse igitur  
 ipsum ad personalem curam : respondetur, quod in moralibus  
 non attenditur possibile secundum potentiam logicam, hoc est, quod  
 non implicat contradiccionem, sed secundum potentiam moralem  
 officiorum . Constat autem ex Domini sententia, quod mercenarij  
 officium non se ex-  
 tendit ad id quod  
 precipuum est in pas-  
 tore, scilicet amore  
 ouium suarum, non  
 alienarum. Et prop-  
 rea dicitur, quod per se  
 loquendo, salus ani-  
 marum ita necessitat  
 pastorem ad persona-  
 lem curam, quod reg-  
 ulariter non potest  
 sine ipsius personali  
 cura episcopi haberi,  
 quamuis per accidens  
 contingere forte hoc  
 possit : sed quod est  
 per accidens, non va-  
 riat naturam mora-  
 lium vinculorum .  
 Et propterea non ex-  
 cusetur episcopus a  
 personali residentia,  
 ex hoc quod per op-  
 portunitatem vicarium  
 provideat ecclesie.

¶ Ad tertium dicitur,  
 quod non con-  
 fuerudo, sed abusus  
 est tot episcoporum  
 non residentium, &  
 sequentium curias.  
 Et quia unusquisque  
 praelumitur poenitens  
 in fine vite sue,  
 quando cum sancte  
 ecclesie communio-  
 ne recedit . ideo ni-  
 hil honoris residentium  
 tumulis ecclesie  
 adimit . Nec hoc  
 videri debet durum  
 ei qui illud Hierony-  
 mi considerat, Non  
 omnes episcopi sunt  
 episcopi.

¶ Ad secundum ar-  
 gumentum dicitur,  
 quod episcopus tene-  
 tur ad utrumque si-  
 mul, residentiam, &  
 opus . Et cum instat  
 contra hoc ex par-  
 te magnitudinis dia-  
 cesis, respondetur quod  
 nulla est adeo ma-  
 gna diocesis, cui non  
 possit unus episco-  
 pus personaliter ex-  
 hibere omnia, quae  
 sunt officii, si ue-  
 re multam curam ouium  
 suarum gerere. Cum  
 autem instatur ex  
 parte illustri generis,  
 respondetur, quod  
 nemo illustrior illo  
 qui pontifex assidens  
 futurorum honorum introiit semel in  
 sancta, qui de seipso dicit : Filius hominis non uenit ministrari,  
 sed ministrare . Non accipet uir illustris episcopatum si  
 non uult pastore officium exercere, sibiipsum imputet illustri  
 qui accipit aut episcopatum, & exequatur quod promissit . Ser-  
 uet Deo & ecclesie fidem . Turpem se recognoscat, si nomen, po-  
 tentiam, honorem, ac diuitias episcopi tenet in persona sua, offi-  
 cium autem alteri deiegit . quoniam priora omnia sua data sunt  
 persone, ut habeat similitudinem cum illis personale officium episcopi . Cum  
 his tamen fiat, quod persona episcopi salua conscientiae puritate ex  
 nobili causa abstineat ab aliquo proprio sibi actu, & per alium

culum recedit absque detrimeto gre-  
 gis, non tanquam mercenarius fugit.  
 AD SECUNDUM dicendum, quod  
 ille qui spondet pro aliquo, si per  
 se implere non possit, sufficit ut  
 per alium impleat . Vnde praelatus  
 si habet impedimentum, pro  
 quod non possit personaliter cu-  
 ra subditorum intendere, sua spon-  
 sioni satisfacit, si per alium prouideat.  
 AD TERTIUM dicendum, quod  
 ille qui ad episcopatum assumit  
 statum perfectionis, assumit statum  
 perfectionis in aliquo perfectionis  
 quo si impediat, ad aliud  
 perfectionis non tenetur, ut sine  
 cesse sit cum ad statum religionis  
 transire. Imminet tamen sibi neces-  
 sitas, ut animam retineat intenden-  
 di proximorum saluti, si oppor-  
 tunitas adfit, & necessitas regrat.

ARTICVLVS VI.

*Utrum liceat episcopo aliquid proprium habere.*

AD SEXTVM sic proceditur. Vi-  
 detur, quod episcopo non liceat  
 aliquid proprium possidere.  
 Dominus enim dicit Matthaei  
 19. Si uis perfectus esse, uade, &  
 uende omnia quae habes, & da  
 pauperibus, & ueni, & sequere  
 me. Ex quo uidetur, quod uolun-  
 taria paupertas ad perfectionem  
 requiratur: sed episcopi assu-  
 muntur ad statum perfectionis, ergo  
 uidetur quod non liceat eis pro-  
 prium possidere.  
 ¶ 2 Praet. Episcopi in ecclesia te-  
 nent locum Apostolorum, ut di-  
 citur glo. Lucae 10. Sed Apostolis  
 Dominus praecipit, ut nihil pro-  
 prium possiderent, sicut illud Mat-  
 thei 10. Nolite possidere aurum,  
 neque argentum, neque pecu-  
 niam in zonis uestris. Vnde &  
 Petrus pro se, & pro alijs dicit. Ec-  
 ce nos reliquimus omnia, & se-  
 cuti sumus te, Matth. 19. Ergo ui-  
 detur quod episcopi teneantur  
 ad huiusmodi mandati obseruan-  
 tiam, ut nihil proprium possideant.

¶ 3 Praet. Hieronymus dicit ad  
 Nepotianum. Cleros graece, ian-  
 fors appellatur, propter quod ce-  
 rici dicuntur, quia de sorte Do-  
 mini sunt, uel quia ipse Domi-  
 nus fors, id est pars clericorum  
 est. Qui autem Dominum pos-  
 sidet, nihil extra Deum habere  
 potest. Si autem aurum, si argen-  
 tum, si possessiones, si uariam in-  
 pellectilem habet, cum illis parti-  
 bus non dignatur Dominus fieri  
 pars eius, ergo uidetur quod  
 non solum episcopi, sed etiam  
 clerici debeant proprio carere.  
 ¶ SED CONTRA est, quod dicitur  
 1o. quae. 1o. i. Episcopus de  
 rebus proprijs, uel acquisitis, nec  
 quicquid de proprio habet, haere-  
 dibus suis derelinquat.  
 ¶ RESPON. Dicendum, quod  
 ad ea quae sunt supererogationis,  
 nullus tenetur, nisi se specialiter  
 ad illud uoto astingat. Vnde Aug-  
 gust. dicit in epistola ad Pauli-  
 nam, & Armentarium. Quia iam  
 nouisti, iam te obstrinxisti, aliud  
 tibi facere non licet. Priusquam  
 esset inferior. Manifestum est au-  
 tem quod uiuere absque pro-  
 prio, supererogationis est: non  
 enim cadit sub praecipio, sed sub  
 consilio. Vnde Matthaei 19. cum  
 dixisset Dominus ad discipulos, Si  
 uis ad vitam ingredi, serua man-  
 data: postea superaddendo sub-  
 didit. Si uis perfectus esse, uade,  
 & uende omnia quae habes, & da  
 pauperibus. Non autem episcopi  
 in sua ordinatione ad hoc ob-  
 ligantur, ut absque proprio uiuant,  
 neque etiam uiuere absque pro-  
 prio ex necessitate requiruntur  
 pastorale officium, ad quod se obli-  
 gant, & ideo non tenentur episco-  
 pi ad hoc, quod sine proprio uiuant.  
 AD PRIMUM ergo dicitur  
 quod sicut supra habitum  
 est, perfectio Christianae uitae  
 non consistit essentialiter in uolun-  
 taria paupertate: sed uoluntaria  
 paupertas instrumentaliter ope-  
 ratur ad perfectionem uitae. Vnde  
 tor noster dicit. Si uis perfectus esse, uade,  
 non dicit. Si uis perfectus esse, uade, uende omnia  
 quidem uerba. Si uis perfectus esse, de necessitate  
 gularis personae, quae ad statum religionis pertinet,  
 tantum perfectionem actuam, quae ad statum perfectionis  
 Et propterea fuerunt episcopi sanctissimi, qui  
 ¶ In responsione ad secundum etiam ad hoc  
 loquitur de proprio sine in particulari, sine non  
 teneri uiros perfectos ad obseruandum illa  
 non habendo proprios sumptos. Et probatur  
 proprio in communi quo ad Paulum, Augustinum

Infr. q. 186. ar. 3. ad 5. Et opus. 18. c. 17. & 18.

Et gl. Bedae c. 10. in Lu- tam. no longe a princ. tom. 2.